

[330r]

**Angelus ad aras**  
**D. JOANNES NEPOMUCENUS**

Pro theatro exhibitus a rudimentistis Neopragensibus  
 1729, 27. Maji

**ARGUMENTUM**

*Joannes ut primum fari per aetatem potuit, formulam Sacrificio divino ministrandi exacte perdidicit. Eaque in usum deducta, ex oppidulo patrio ad Matris Divinae aedem sub Auroram quotidie excurrens, sedulam angelico ministerio addixit operam. Ex P. Balbino, l. IV. Miscellaneorum.<sup>a</sup>*

**PROLUSIO**

*Exhibit Joannis par Angelis ad aras ministerium.*

**Recitativus**

Gen. Joannis: <sup>b</sup>	Qvae scena meis panditur oculis? Fallor, an aether terris junctus Servitia mortalibus obita Faedere sancto celebrare cupit? Illinc propero, provolo, minimus Una ut Numen servus adorem.
5	
Gen. Echari: <sup>c</sup>	An famulari flagitas aris? Sic est, mea tu sensa profaris.
10	
Gen. Joannis:	Ast indignum genus humanum Tanto obseqvio sese reddit,
	Dum mente vaga tepidaque nimis Angelica servitia pendit.
Gen. Echari:	

<sup>a</sup> Balbinus: *Bohemia Sancta*, s. 95–96, citace viz synopse, pozn. b.

<sup>b</sup> *Gen. Joannis* = *Genius Joannis*.

<sup>c</sup> *Gen. Echari* = *Genius Echari*.

**Aria**

Hic Aula Regis Angelum<sup>d</sup>  
Mortalibus patescit.  
15      Auditur isthic, pauperum  
          In orbe qvi gemiscit.  
          Verum talenta quispiam  
          Haud digna fert petenti,  
          Dum qvilibet fert impiam  
20      Mentem Deo potenti.  
          Si forte Numen alloqvi  
          Mortalium qvis optat,  
          Una tamen tunc colloqvi  
          Notis suis praeoptat.  
25      Nunc animus orbis extima  
          Percursat inqvietus,  
          Nunc oculus aedis intima  
          Scrutatur immodestus.

**Recitativus**

30      Gen. Joannis:  
          Indigna Deo cerne obseqvia.  
          Ah! Siccine mundus desipiat,  
          Ut Regi servire refugiat?  
          Ecce paratum me prouumque.

**Aria**

35      Gen. Echari:  
          Deo ministrando Choros  
          Sectabor Angelorum  
          Simulqve Caelitum modos  
          Imitabor Aulicorum.  
          Haec dicta sunt tantum modo,  
          Vix forte agenda posthac.  
40      Gen. Joannis:  
          Haec dicta sunt a me modo,  
          Jugiter agenda posthac.  
          Gen. Echari:  
          Numquid futurus es vigil  
          Arae sacrae minister?  
          Gen. Joannis:  
          Ero.  
          Gen. Echari:  
          Modestus?  
          Gen. Joannis:  
          Ero.  
          Gen. Echari:  
          Pius?  
          Gen. Joannis:  
          Ero.

<sup>d</sup> *Angelum*, z důvodu metriky a rýmu arch. tvar gen. pl., klas. *Angelorum* (v rkp. je arch. tvar naznačený přízvukem *Angelúm*); podobně viz v. 753.

45      Gen. Euchari:                Deoqve mente  
         Praesens?  
     Gen. Joannis:                Ero omne, qvod petis,  
                                       Ero favente Caelo.

### Recitativus

Gen. Euchari:                Jam dignas virtutes tanto  
                                       Munere dederas, proin Angelicis  
                                       Jungitor<sup>e</sup> Aulicis.

[330v]

### INDUCTIO I.

*Eucharus Joannem Eucharisticum subinde ominatus ad aras ministrum, eidem sacri ministerii formulam tradit.*

50      Joannes:<sup>f</sup>                Vos aestuanter mentis accensae faces,  
                                       Ardete, juge<sup>g</sup> caelici exurant fibras  
                                       Pectoris amores. Qvaeqve concessa est mihi  
                                       Animi facultas, omnis adamati Dei  
                                       Sit haec odoris victima cremanda ignibus.  
     55     Reserare imum cordis et primas sacro  
                                       Aetheris ad auras impetu defer preces.  
                                       Nunquam decebit, citius ut Titan suos  
                                       Progerminare hoc aethere nitores qveat,  
                                       Flammata Caelis vota qvam inferret cliens  
     60     Daretqve solitas Numini laudes, preces.  
                                       Istud benefica, mille qvam basiis colo,  
                                       Patris reqvirit dextra. Tutu eqvidem novis,  
                                       Si nota sileo, gratiis multum Tuum  
                                       Dignata servum es, faucibus qvando ossei  
                                       Monstri revulsum pristinae voti reum  
                                       Vitae dedisti nuper. Et rursus modo  
                                       Astris abactis lumine incolumem beas  
                                       Phoebi intuendo. Numen! Ah, quantum sacri  
                                       Amoris ardet ignibus pectus meum!

<sup>e</sup> *Jungitor*, 2. sg. imperat. II. pas.; podobně viz dep. sloveso *fungitor* (v. 131).

<sup>f</sup> *Joannes* = *Joannes Nepomucenus*.

<sup>g</sup> *Juge*, adv. od adj. 3. dekl. *jugis*, e, klas. *jugiter* (v. 40); *juge* viz také v. 665, podobně *segne* (v. 144), *perenne* (v. 163), příp. nepr. *maje*, klas. *magis* (v. 196).

- |             |   |   |
|-------------|---|---|
|             | O, si daretur modo sacras alacri pede<br>Properare ad aedes, inibi velato Deo<br>Praecordia ardens panderem. Precibus tamer<br>Curator urgendus erit, ignaro pedi<br>Ducem se itineris forte paebebit. Gravi<br>Autem sopitus Morpheo est, clausas dabit<br>Aures petenti. At esse tentandum jubent<br>Numinis amores. Amphilon! Stertit, neqve<br>Signum audientis aliquod accepi. Amphilon!<br>Qvis Amphilonem? |   |
| 75          | Cura Joannem premit.<br>An Phoebe reqviem debitam membris tulit?<br>Satis fruebar Morpheo, qvae isthuc <sup>h</sup> pedem<br>Inferre memet jusserant, aliud petunt.   |   |
| 80          | Amphilon:<br>Joannes:<br>Amphilon:<br>Joannes:<br>Amphilon:<br>Joannes:   | Qvod istud?<br>Aedes, qvibus adeundis ducem<br>Te mihi dedisti, Numini sacrae, sui<br>Visendi in animo suscitaverunt rogos.<br>Numqvad volabis illico?<br>Hoc votum meum est.<br>Id frustra, clausas templi adhuc fores tenent.<br>Illud videndi tempore statuto tibi<br>Copia patebit. |
| 85          | Amphilon:<br>Joannes:<br>Amphilon:  | Ergo frustrata prece<br>Orationis pristinam sedem petam.<br>Inibi calenti mente sacratas Deo<br>Scrubabor aedes Caelitesqve animo pie<br>Venerabor.   |
| 90          | Joannes:  | Ergone Eucharus nondum tuis<br>Obvenit oculis?  |
| [331r]      |   | Non.<br>Mihi haud visus fuit.<br>Numqvad sub ipsas excitae Aurorae faces<br>Sacros ad aras jussit ornatus geri?<br>Haec jussa fuerant, me tamen ratio latet<br>Absentiae ejus.  |
| Eucharus 2: | Ergone Eucharus nondum tuis<br>Obvenit oculis?  |   |
| Eucharus 3: | Non.  |   |
| Eucharus 4: | Mihi haud visus fuit.   |   |
| 95          | Eucharus 2:   | Numqvad sub ipsas excitae Aurorae faces<br>Sacros ad aras jussit ornatus geri?  |
|             | Eucharus 3:   | Haec jussa fuerant, me tamen ratio latet<br>Absentiae ejus.   |

73 ignaro] ignato AA.

<sup>h</sup> Doložený je pouze tvar *istuc* – tam; *isthuc* vytvořeno zřejmě analogicky podle *isthac*, *isthic*.

	Eucharus 4:	Ast modo optatus venit.
	Eucharus 2:	Ubi moraris, Euchare? En Mystes <sup>i</sup> sacras
100	Eucharus 1:	Expectat aras.
		Laudo vigilantem Angelum.
		Sed numquid ut sublimis est erga genus
		Mortale bonitas Numinis, testes cupit
		Mysterii homines atque Sacrificii jubet
		Esse administros? At licet fesso pede
105		Transcursitarim <sup>j</sup> compita, haud ullum tamen
		Reperire valui, digna qvi officio gerat
		Tanto talenta. Negligunt summum bonum
		Plerique stertunt, caelicas postqvam decet
		Seqvi vigilias. Phosphorum si fors vident,
110		Id tempus aliis distrahunt longe viis,
		Meridie destinant horam Sacris
		Curta audiendis aure. Num vobis lubet
		Id experiri?
	Omnes:	In jussa tua ferimur.
	Eucharus 2:	Petre!
	Aemulus 1:	Qvis me?
	Eucharus 2:	Minister protinus ad aras veni.
115	Aemulus 1:	Media venire nocte debueras. Abi!
	Eucharus 3:	Qvorum? Minister potius altari advola
		Venare Caeli gratias.
	Ven[ator]: <sup>k</sup>	Sunt, qvae volant
		Per aera poli gratiae, has cupiam. Vale.
	Eucharus 4:	At tu obseqventis exhibito ad aras vices.
120	Pisc[ator]: <sup>l</sup>	Solemniori has reddere svevi die.
	Eucharus 5:	Forsitan hic aris esse ab obseqviis nolet?
	Mech[anicus]: <sup>m</sup>	Qvid repetis aras? Numquid instantes mihi
		Vides labores? Iste supplebit vices.
	Eucharus 1:	Abiectiora nempe praebentur Deo.
125		Hicne est ad aras Angelus? Sed qvis meis
		Oculis puellus obviat? Totus Deo

<sup>i</sup> Převažuje tvar nom. sg. *Mysta*, pouze zde řec. tvar *Mystes*, zřejmě kvůli metrické délce.

<sup>j</sup> *Transcursitarim*, stažený tvar za *transcursitaverim* (v rkp. je stažený tvar obvykle naznačený přízvukem *Transcursitárim*); podobně viz *servisti* (v. 133), *nōsti* (v. 167, 721), *fascinasse* (v. 202), *turbassem* (v. 227), *occupārit* (v. 496), *praepedisti* (v. 501), *patrāsse* (v. 511).

<sup>k</sup> *Venator* rozepsáno podle kontextu a předchozí repliky (v. 116–117).

<sup>l</sup> *Piscator* rozepsáno podle kontextu.

<sup>m</sup> *Mechanicus* rozepsáno podle kontextu.

		Vix luce facta junctus est, vigilans erit Angelus ad aras. Parvule!
	Joannes:	Ah, qvaeso sine Dulcore Caeli perfrui.
130	Eucharus 1:	Mentem fave Et dulciora caelitus capies bona. Veni, ministri fungitor ad aras vice.
	Joannes:	Ignota loqveris.
	Eucharus [1]:	Nuspiam Mystae sacro Servisti ad aras?
135	Joannes:	Nuspiam. Cum etenim mihi Fandi est potestas vix data, <sup>n</sup> haud novi probe Responsa ferre. Formulam ignaro fave Et vigilem ad aras spondeo ministrum facis.
	Eucharus 1:	Istud lubenter faxo. <sup>o</sup> Huic operam proin Da diligenter, usqve dum invisam tuos Rursus Penates.
	Joannes:	Gaudio memet beas.

[331v]

**INDUCTIO II.**

*Qvam<sup>p</sup> aemulus, praemiola a ministerio conferri solita sibi ereptum iri submetuens,  
clam tollit. Eandem et ipse inter sociorum plausus amittit.*

140	Aemulus 1:	Semel soluta corporis fessi qvies Non illoco redit. Morpheus dotes fere Similes adeptus fontium est, <sup>q</sup> gracilis qvibus Facies qvieto est Jove, sed amissam semel Turbante dextra gratiam segne induunt.
145		Et en cupitos Eucharus iniqve abstulit Somni favores, qvos reversuros mihi Promitto frustra. Nunc ei primum meus Placere caepit in ministrando modus, Servire postqvam plurimi altari negant.
150		Sed et ego solitas inibi non ultra traham Moras, per amplis obseqvia donis petam Mihi rependi.

132 Mystae] Mystrae AA.

<sup>n</sup> Cf. Vergilius, Aeneis 1,520; 11,248 (*Data est copia fandi*); zde ve významu „schopnost mluvit“ (viz *argumentum*).<sup>o</sup> *Faxo*, arch. tvar 1. sg. fut. II., klas. *fecero*; podobně viz v. 542.<sup>p</sup> Tj. *formulam*, viz úvod k první scéně, který v synopsi bezprostředně předchází tomuto textu.<sup>q</sup> Ve spojení *dotes similes fontium* užit gen. ve významu podobnosti úplné.

- Cura qvae incumbit tibi,  
Ut adeo celeri provoles isthac pede?  
Sartoris officina visenda est mihi.
- 155      Servus:  
              Aemulus 1:  
Servus:  
              Nova vestimenta Joanni jubet  
Parare mater in modum tunicae.  
Aemulus 1:  
              Deo  
Rursus dicatum veste votiva induent,  
Istud profecto sanctuli ingenio placet.  
Congratulantis indicia mentis dare  
Memet decebit.
- Vive, Joannes. Tibi  
Favore patris gaudeo rursus novam  
Venisce vestem. Nonne votiva induet?  
Joannes:  
              Sic est, perenne, si dabitur, humeris meis  
Gestanda.
- 160      Aemulus 1:  
              At edic, cuius imitari volet  
Vestis figuram?  
Joannes:  
              Qvali adornari soles  
Aris minister.  
Aemulus 1:  
              Numqvid apprime dare  
Responsa nosti?  
Joannes:  
              Nunc ea memoriae imprimo  
Menteqe revolvo.
- Aemulus 1:  
              Qvis tibi normam dedit?  
Joannes:  
              Cui Sacrorum est cura commissa, Eucharus.  
170      Aemulus 1:  
              Eucharus?  
Joannes:  
              Is ipse.  
Servus:  
              Nate!  
Joannes:  
              Qvid mater jubet?  
Servus:  
              Ut debita tibi vestis obveniat, prius  
Es metiendus.  
Joannes:  
              Obseqvor jussis lubens.  
Aemulus 1:  
              Me cura pariter avocat. Vive interim!

- |     |            |   |
|-----|------------|---|
| 175 |            | De stamine etiam serici tunicam para,<br>Haud tamen ad aras servies. Ecce, Eucharo<br>Jam displicere videor! En, quantum meo<br>Vulnus parabat animo! At id certum sciat,<br>Nec me, nec illum cernet altari obseqvi,<br>Nisi decoris obseqvia donis emat.  |
| 180 | Aemulus 2: | Utinam Phanellus obvius nobis foret, <sup>r</sup><br>Eqvidem dolendi gratulandiqe ansulam<br>Nancisceretur. Utique gauderet probe<br>Adeo fuisse conditam a nobis stropham,<br>Qvando ut per amplas a ministrando ferat<br>Largitiones Mysta, consulto aedibus<br>Statuimus abstinere divinis. Nimis<br>Vero Phanellus segnis est, etenim dies<br>Jam tertia abiit et tamen nondum obseqvi<br>Aris placebat. Interim large mihi<br>Vobisqve data sunt munera. Id dure feret<br>Eqvidem Phanellus. |
| 185 |            | Dives est auro mihi<br>Imago, certe lippient tanto obruti<br>Oculi nitore.  |
| 190 | Aemulus 3: | Sed artifex istam scidit<br>Dextera. Proinde largius pretium exiget.<br>Hae jam exolescunt. Hic vide Appellis manum.<br>Numquid maje tibi placet?   |
|     | Aemulus 4: | At est omni carens<br>Auri nitore. Conspicito rursus meam.  |
| 195 | Aemulus 2: | Non omne, qvod splendescit, esse aurum puta. <sup>s</sup><br>Contentiones frustra de grato magis<br>Munere movetis, simile vix ullus meo<br>Fuerat adeptus. Quid etenim prodest mihi<br>Fuco coloris fascinasse oculos, ego<br>Stomacho latranti dum satisfacio, optima<br>Legisse memet dona non vane arbitror.  |
|     | Aemulus 3: |   |
|     | Aemulus 4: |   |
|     | Aemulus 5: |   |
| 200 |            | Curas profecto tu anxias buccae geris.<br>Id si placeret, offeram dulci modo  |
| 205 | Aemulus 2: |   |

193 istam] astam AA.

<sup>r</sup> *Foret*, konj. imperf., obvykle *esset*; podobně viz v. 553, 584, 590.

<sup>8</sup> Cf. Walther 15 978: *Nec credas aurum, quidquid resplendet ut aurum.* Viz Kuťáková, E. – Marek, V. – Zachová, J.: *Moudrost věků. Lexikon latinských výroků, příslloví a rčení.* 4. vyd., LEDA, Praha 2002, N 38, s. 256.

- Haec dona matri, mella saccharaque illico  
Fluent.
- 210      Aemulus 5:  
              Et istis crastino memet die  
              Cernes potum. Candida id certum facit  
              Promissio viri.  
              Aemulus 4:  
              Pollicitus aeque mihi est.  
              Aemulus 1:  
              Sperate multum, grande capietis nihil.  
              Aemulus 2:  
              Bene numquid isthunc invidum dixi fore?  
              Qvis ista nobis praeripiat? Illud quidem  
              A te futurum non opinamur.  
              Aemulus 1:  
              Licet  
              Non ego, sed alius ista praeripiet.  
              Aemulus 3:  
              Librum  
              Ei negabo.  
              Aemulus 1:  
              At appetent ejus pia  
              Obsequia Mystae. Sanctulus qvippe est, amat  
              Oculos modeste claudere et juntas manus  
              Elevat ad aras. Multa quid demum loqvar,  
              Manibus eorum pene portatur modo.  
              Aemulus 2:  
              Qvis ergo?  
              Aemulus 1:  
              Novistine Joannem?  
              Aemulus 4:  
              Dare  
              Responsa nescit.  
              Aemulus 1:  
              Eucharus normam dedit  
              Arae obsequendi, sedule hanc menti imprimit.  
              Aemulus 5:  
              Haec vera sunt? Tum perditi plane sumus.  
              Solvite timores. Id quidem certe actui  
              Datum fuisse, Euchari intentum nisi  
              Turbassem.  
              Aemulus 5:  
              Itane?  
              Aemulus 1:  
              Nec certius quidquam puta.  
              Aemulus 2:  
              Id qvaeso in actum qvi redigisti?  
              Aemulus 1:  
              Abstuli  
              Obsequii ad aras formulam.  
              Aemulus 3:  
              Factum bonum.  
              Aemulus 1:  
              Haec numquid est?  
              Aemulus 3:  
              Est Euchari.

Aemulus 1:                    Laete diem  
                                   Proin hodiernum transigi a nobis decet,  
                                   Cras cernere licet Eucharum lusum dolo.  
                                   Ego choreis laetitiae initium dabo.

[332v]

**INDUCTIO III.**

*Eucharus concessae formulae a Joanne rationem exposcit, qva non deprehensa, aliorum in ministerio incuriam reprehendit et deinceps formulae recuperandae spem facit.*

- |     |           |  |
|-----|-----------|--|
| 235 | Codrus 1: | O misera vitae portio, qvam solum alunt<br>Tristissima famis pabula et durus foveat<br>Mendicitatis bolus. Assiduo vias<br>Percuso stipem corrogans, verum duos<br>Vixdum cruciferos colligo et drachmas duas.<br>Tam liberalis hominibus nunc mens inest. |
| 240 | Codrus 2: | Ergo tu adhucdum murmuras? Temet satis<br>Caepisse gratus autuma, haud obolus meae<br>Obvenit arcae.   |
|     | Codrus 3: | Singulis forte invidet<br>Fortuna, junctim facito lustramus domos,<br>Meliora cives adferent.  |
| 245 | Codrus 1: | Istud lubens.  |
|     | Codrus 2: | Et ecce, Caeli protinus votis favent.  |
|     | Codrus 3: | Qvid charta praesens continet? Nummos reor.  |
|     | Codrus 2: | Vacua est.   |
|     |           | Mendicando praeclarum feret  |
|     |           | Juvamen, etenim filio offerri potest,  |
|     |           | Hic excitabit muneri dando patrem.   |
| 250 | Joannes:  | Ubi formula?   |
|     | Sophenus: | Isto conditam certe scio<br>Loco fuisse, nec tamen signum illius   |

---

241 obolus] obulus AA.

- Aliqvod reperio. Famulus hanc forte abdidit,  
Cui cubilis cura purgandi data est.  
Salande! Qvorsum posueras isthic loci  
Chartam jacentem?
- 255      Servus:                Nec pedem cellae intuli.  
             Sophenus:          Verendo numquid destinabare?<sup>t</sup>  
             Servus:                Alteri  
                                      Haec cura venit.  
             Sophenus:            Hunc igitur ocyus cita.  
             Eucharus 2:          Numquid videndus Euchari nobis cliens  
                                      Est nuper invitatus?  
             Eucharus 1:          Ut dixi, gradi  
260      Eo locorum destinatum habeo, dabit  
                                      Solutia obseqviosus altari cliens.
- Joannes:           Propinqvat Eucharus.  
             Eucharus 1:          Ubi Joannes?  
             Joannes:               Meae  
                                      Ignosce culpae.  
             Eucharus [1]:        Qvae illa? Fors nondum tuae est  
                                      Impressa menti norma? Non ideo angere.  
265      Sophenus:           Majus clientem cruciat.  
             Eucharus [1]:        Id nobis refer,  
                                      Dabimus medelam.  
             Sophenus:           Forma, qvam dederas, neqvit  
                                      Domo reperiri.  
             Eucharus [1]:        Perdita est?  
             Sophenus:           Istud qvidem  
                                      Ignoro.  
             Eucharus 1:           Sic concessa, Joannes, tibi  
                                      Curae sacrati formula obseqvii fuit.  
270      An aemulari vulgus altari obseqvi  
                                      Renuens volebas?
- 271a

### Cantus<sup>u</sup>

Haec nunc mortalium menti data maxima plurimum  
Viget, ut vanitati serviant.  
Qvod mundus poscit, id sedule discit.  
Servire Numini indecens obseqvium putat.

254 Salande] Salande *vel* Selande AA.

<sup>t</sup> *Destinabare*, arch. tvar 2. sg. ind. imperf. pas., klas. *destinabaris*.

<sup>u</sup> *Cantus* (zpěv) je vložen do v. 271, aniž by porušil jeho metrum.

- 271b    Joannes:                      Possibile factu id putem,  
     Homines ad aras obseqvi renuant? Mihi  
     Id solum in animo postea futurum tene,  
     Esse ut minister dignus altari qveam.  
**[333r]** Eucharus 1:  
     Sic? Aliud aerae pignus amissum probat.  
     Non innocentia supplico causam imputa.  
     Ad jussa matris provolans, vernam suo  
     Liqvit cubili, cura verendi cui  
     Commissa fuerat.<sup>v</sup> Forte is ignoto schedam  
280                                        Loco reposuit. Si patet menti tuae,  
     Qvaeso hunc benignus indica et ad aras volat.  
     Est primus ardor, plura qvaeruntur. Cibus  
     Hic Angelorum est, Angelos servos petit.  
     Hos si aemulari Numinis dederat favor  
285                                        Hominibus, adsum pronus, ignarum doce.  
     Non nauseabis obseqvia longis moris  
     Protracta?  
     Joannes:  
     Constans ero.  
     Eucharus [1]:  
     Freqvens autem tibi  
     Fors displicebit.  
     Joannes:  
     Millies aerae obseqvi  
     Placebit.  
     Eucharus [1]:  
     Animus nonne fraenari potest  
290                                        A cogitando vana?  
     Deus animo unice  
     Insidet.  
     Eucharus [1]:  
     At elevata fortassis diu  
     Dextera fatischet?  
     Joannes:  
     Sic Dei auxilium modo  
     Supplico.  
     Eucharus [1]:  
     Vagantes aede sacra oculos sines?  
     Joannes:  
295                                        Horum scopus erit abditus in ara Deus.  
     Eucharus [1]:  
     Precibus triumphas Eucharum, servi proin  
     Minister ad aras sedulus, normam modo  
     Inqvire, sponte dexteræ obveniet tuae.

<sup>v</sup> *Comissa fuerat*, neklaš. složený slovesný tvar, klas. *commissa erat*; viz také v. 479 a dále *concessa fuit* (v. 268–269), *nactus fuit* (v. 84), *raptam fuisse* (v. 491), *traditam fuisse* (v. 493–494), *addictum fuisse* (v. 512–513), *svasa fuerant* (v. 574), *usus fui* (v. 707–708).

### INDUCTIO IV.

*Imo optate repartam<sup>w</sup> Joannes sedule perdiscit, et probata angelice ministrandi peritia,  
in ecclesiam excurrendi facultatem obtinet.*

	Codrus 1:	Nil denique juvat, sive mendici simul, Sive seorsim <sup>x</sup> simus, haud eqvidem meum Benigniora munera locellum gravant.
300	Codrus 2:	Ne tu diebus integris auri meae Obmurmurabis.
	Codrus 3:	Patere tantisper. Venit Fortuna melior. Oppidum hoc Nepomuk probis Plenum et munificis esse celebratur viris.
305	Codrus 1:	Stipem rogando hoc deligere numquid placet? Sit iste, quo me gaudeas socio, locus Ultimus.
	Pinc[erna]: <sup>y</sup>	Abigit Laribus e nostris vagos, Ut non rapinis gaudio officiant domus!
310	Codrus 2:	Homines beneficos scommata per ample ferunt.
	Codrus 3:	Prae gaudio actum est. Non adhuc animum abjice, Silentium hic est, incolas sanctos probat.
	Servus:	Ignoscite, domi nullus est, stipem optimam Ferretis alias.
	Codrus 3:	Est bona voluntas.
	Codrus 2:	Nihil
	Dominus:	Autem juvatur bursa. Generosi pedem
315		Tenete Domini! Vester in studiis patet Vehemens mihi labor, siqvidem vobis freqvens Sodalitis aderam. Muneribus amplis proin Vos sublevandos censui. Capite.
	Codrus 3:	Octuplum Domino rependat Numen.
320		An manibus tuis Obvenit eleemosyna?

302 Codrus 3] Con. 3. AA.

<sup>w</sup> Tj. *formulam*, in návaznosti na úvod ke třetí scéně; podobně viz úvod ke druhé scéně.

<sup>x</sup> Doložený je pouze tvar *seorsum* – zvlášť, odděleně; *seorsim* zřejmě sekundárně vytvořené adverbium.

<sup>y</sup> *Pincerna* rozepsáno podle kontextu; žebráci se zřejmě přiblížili k hostinci.

- Codrus 2: Vacuatam tenent  
 Chartam. Prehendit Harphadax nummos Dea  
 Favente. Subito, qvanta praebuerit, refer.
- Codrus 1: Vacuam prehendi chartulam, saccum illico  
 Tu pande, jactos ibi geris nummos.
- Codrus 2: Eram  
 [333v] Praefatus ante, munerum accepi nihil.  
 Tibi ergo totum obtigerat.
- Codrus 3: Obolum qvidem  
 Non numeravi.
- Codrus 2: Sacco at inclusum geris.
- Codrus 3: Si possiderem, sine mora vestris darem  
 Oculis videndum.
- Codrus 2: Comprimito mendax labrum!  
 330 Numquid deorsum largior stipes<sup>z</sup> fuit  
 Submissa?
- Codrus 3: Sic est. Igitur indubie manu  
 Vestra tenetur praeda, cum ne obolus qvidem  
 Mihi obtigisset.
- Codrus 2: Furta sunt perqvam tibi  
 Domestica, istud est patens, sacco tenes  
 335 Tu largitatem.
- Codrus 3: Credito tandem mihi,  
 Non teneo. Tu vel Harphadax stipem abstulit.
- Codrus 1: Saccos per omnes qvaerito, ne obolum qvidem  
 Ibi deprehendes.
- Codrus 3: Sed ratio certum facit...  
 Codrus 2: ...te sustulisse.
- Codrus 3: Non tuli. Numquid dator  
 „Accipite stipem“ dixit? Hanc igitur dedit  
 340 Non mihi, proinde est evidens vobis.
- Codrus 2: Tace!
- Codrus 3: Vos abstulitis.
- Codrus 2: Tu prehendisti. Exime  
 Stipem et jocari desine, hanc alias dabis  
 Verbere coactus.

---

337 obolum] obulum AA.

<sup>z</sup> *Stipes* – obvyklý tvar nom. sg. *stips*, ale pak by verš nebyl po metrické stránce korektní. Metrickému měření verše by odpovídalo méně užívaný tvar *stipis*.

	Codrus 3:	Verbera minaris mihi
345	Jam stipe rapta, furcifer. Trucz. <sup>aa</sup> Feri!	
	Jud[ex] men.: <sup>bb</sup>	Qvis hic tumultus?!
	Codrus 2:	Raptor hic stipem abstulit Submissam ab Hero.
	Jud[ex] men.:	Simplicem te adeo fore Non autumabam. Charta continuit nihil.
	Codrus 3:	Deceptionis argues Dominum tuum?
350	Fuerit id ipsum. Frustra rixati sumus.	Istine cives sint probi?
	Codrus 1:	Hos solum Lares
	Codrus 3:	Adhuc petamus. Sunt probi et sancti viri Mansio.
	Joannes:	Benigne genitor, Irorum trias Stat ante fores. Stipe mendicos juva.
355	Pater:	Cura miserorum, qvam geris, fili, mihi Probatur, etenim doctus eloqvio Dei Abire nunqvam pauperes vacua sinam Manu. Cape.
	Joannes:	Istud dat genitor, aliquod qvoqve Ego superaddam. Similam et argentum dabo, Charae parentis dona.
	Codr. omnes: <sup>cc</sup>	Genitori, tibi Matriqve summas referimus grates.
360	Codrus 3:	Huic Arae obseqvendi formulam inventam dabo.
	Codrus 2:	Probus meretur.
	Codrus 3:	Parvule! Obseqvium tuum Remuneramur.
	Joannes:	Qvid video? Norma Euchari est!
365	Sophenus:	Est Euchari eqvidem.
	Joannes:	Mater! Ah dulcis pater!
	Pater:	Qvid adeo, nate, gestis?
	Sophenus:	Irorum trias, Qveis <sup>dd</sup> dona data sunt, parvulo normam Euchari Dedere rursum.
	Pater:	Est ipsa.

<sup>aa</sup> *Trucz* by vzhledem k výrazu *furcifer* mohlo souvet se slovesem *trucidō* – pobít, zabít; podobně i následující imperativ *feri* – bij (ho). Připomíná však i český imperativ „tluč!“.

<sup>bb</sup> *Jud[ex] men.* = *Judex mendicorum*, rozepsáno podle kontextu.

<sup>cc</sup> *Codr. omnes* = *Codri omnes*.

<sup>dd</sup> *Qveis*, arch. tvar dat. nebo abl. pl., klas. *qvibus*; podobně viz v. 393, 675, 725.

	Sophenus:	Fortasse Eucharus Is ipse fuerat, diligit natum, scio.
370	Joannes:	Alios et alios induit vultus amor. Ille revocari si poterit ocyus, volo, Sed nullus isthac graditur. Facito, omnium Dilecte, mihi da reliqua discendi moram.
	Coc[us]: <sup>ee</sup>	En jam parata, qvae jubet medicus tibi Sumenda mane fercula, ut fractum Robur morbo recipias.
	[334r] Joannes:	Abstine. Jussit qvidem, Sed si necesse est, membra jam firmum valent.
	Servus [1]:	Scholas petentes te socii adoptant tui.
	Joannes:	Nondum instat abitus hora.
	Servus 2:	Joannes, vocat Te chara mater, artifex qvippe attulit Tunicam paratam.
380	Joannes:	Jussa me semper decet Audire matris.
	Discipulus 1:	Nempe perpetuo novis Nostrum Magister verticem jussis gravat. Arae obseqvendi norma discenda est mihi, At non ego istis esse me natum reor. Serviat ad aras alius, hinc horum nihil Memoria caepit.
	Discipulus 2:	Is meus sensus fuit. Haec ut qvid animis imprimam, altari obseqvi Me nemo cernet.
385	Discipulus 1:	Attamen scire exigit Magister. Instat hora jam adeundae scholae, Vae mihi tibique.
	Discipulus 2:	Non petam ludum.
	Discipulus 1:	Domi Poenas subibis. Contice, ludus patet.
	Magister:	Qveis norma discenda fuit obseqvii sacri Ad aram, <sup>ff</sup> an omnes hanc suis animis tenent? Eccur tacetis singuli? Nemo sciatur? Serotini aliquid advenae haud eqvidem scient, Inscitia genis proditur. Pariter tacent.
390		
395		

390 hora] horae AA.

<sup>ee</sup> Cucus rozepsáno podle kontextu, Janovi zřejmě připravil jídlo kuchař.

<sup>ff</sup> Ak. sg. *aram* užit pouze na tomto místě zřejmě z metrických důvodů, jinak vždy ak. pl. *aras*.

- |        |               |  |
|--------|---------------|--|
|        |               | Ergone cuncti fugitis obseqvium Dei,<br>Cui Angelorum semper exoptant Chori<br>Esse administri? Desidia tanta impigris<br>Poenis luenda est.   |
| 400    | Eucharus 2:   | Vivito, virorum optime.<br>Aris ministrum postulaturus tuos<br>Advenio in aedes.   |
|        | Magister:     | Desides isti mea<br>Mandata contempserit, nam nullus suo<br>Impressit animo formulam.  |
| 405    | Eucharus 2:   | In teneris adhuc<br>Obseqvia Summi spernitis ad aras Dei?<br>Signum bonae istud indolis nunquam fuit.<br>Ludo scholari nonne Joannes adest?  |
|        | Magister:     | Taciturnus isthic considet.  |
|        | Eucharus 2:   | Qvid si probet<br>Hic se capacem?  |
| 410    | Magister:     | Formulam nondum sua<br>Manu prehendit.   |
|        | Eucharus [2]: | Eucharus at istam dedit.<br>Parvule! Ministri numquid officium potes<br>Subire ad aras?  |
|        | Joannes:      | Ista sufficient mihi<br>Discenda nuper, qvae Eucharus dederat? Fave<br>Et propero ad aras.   |
| 415    | Eucharus 2:   | Haec tuo jam animo tenes?<br>Probare libeat.   |
|        | Joannes:      | At at exacte modum<br>Vix obseqvendi noveris.  |
|        | Eucharus 2:   | Et hunc, si lubet,<br>Enuntiabo. Debito primum imbuam<br>Mentem apparatu. Codicem sacrum dein<br>Tenens ad aras ibo. Tum flexo genu<br>Deum reveritus, hunc suo ponam loco.                  |
| 420    | Joannes:      | Haec gnarus adfers. Numini vero hostiam<br>Mysta offerente, qvid esse faciendum putas?<br>Primo merum atque dein aquam Mystae dabo.<br>Populo videndum quando monstrabit Deum,<br>Quid ages? |
|        | Eucharus [2]: | Sono istud publice terno indico.<br>Qvae vero servanda tibi perpetuo autumas?  |
| [334v] | Joannes:      |  |
| 425    | Eucharus 2:   |  |
|        | Joannes:      |  |
|        | Eucharus 2:   |  |

<sup>ff</sup> Ak. sg. *aram* užit pouze na tomto místě zřejmě z metrických důvodů, jinak vždy ak. pl. *aras*.

	Joannes:	Flecto modestus, elevo in Caelum manus.
	Eucharus 2:	Responsa tanto te ministerio probant
430		Dignum. Magister, igitur hunc nostras fave Servire ad aras.
	Magister:	Commodo cunctos <sup>gg</sup> lubens.
	Eucharus 2:	At qvos ineptos deses ingenium facit, Joannis illi exempla condiscant seqvi, Servire Sacris ardeant.
	Sophenus:	Me una peto
435		Assume, qvippe semper ejusdem fui Socius volente patre.
	Eucharus [2]:	Si flagitas, veni.
	Sophenus:	Concedito tamen, certior nondum pater Viae est rogandus. Illoco seqvemur.
	Eucharus [2]:	Patris Reverentia istud exigit.
	Sophenus:	Dulcis pater!
440		Feliciori sorte legerat natum Eucharus Ministrum ad aras meqve ei comitem dedit. Tu proin in aedes progredi sacras fave.
	Curat[or]: <sup>hh</sup>	At qvas petetis?
	Sophenus:	Urbe distantes sacras Dei Parenti.
	Curat[or]:	Prohibeo id, longum est iter. Non tanto itineri pristina fessus lue Natus tenellus sufficit.
445	Pater:	Postqvam Deus Deligit ad aras obseqvi natum meum, Non refragari valeo. Servavit Polus A morte nuper, rursus incolumem dabit Sibi servientem filium.
	Cur[ator]:	Consilium meum Ergo rejicitur? Desero has aedes. Vale.
	Pater:	Et tu proinde, nate, praefixam tibi Proseqvere metam. Vivito ibi nostri memor, Benedictionis copiam supplex Dei A Matre flagita.
450		
455		

**449** nuper] neuper AA.

<sup>gg</sup> Ak. pl. mask. *cunctos* užit namísto obvyklého neutr. *cuncta* zřejmě z metrických důvodů.

<sup>hh</sup> *Curator* rozepsáno podle kontextu, viz též v. 73.

- |                     |   |
|---------------------|---|
| Joannes:            | Repetit amor istud patris.  |
| Pater:              | Fomenta qvaepiam capito. Tu vero comes<br>Fidelis esto.                     |
| Sophenus:           | Veniet incolumis patri.   |
| Joannes:            | Pergo, viator, meta votorum est Deus.<br>O, si daretur aedibus sacris frui. |
| 460a      Sophenus: | Haec est tenenda meta.  |

INDUCTIO V.

*Unde novos obices eidem<sup>ii</sup> ponere frustra meditantur aemuli, qvippe juvante Eucharo  
Joannes copiam ministrandi nactus assiduus ad aras Angelus.*

- |        |               |   |
|--------|---------------|---|
|        | Aemulus 2:    | Jam tempus prope est,<br>Templum ut petamus. Gaudii campum Eucharus<br>Dabit per amplum, qvippe Joannem suum<br>Spectando frustra suggesteret visum fibris. |
| 465    | Aemulus 1:    | Istud ego opinor, nesciens normam domum<br>Sanctulus inhabitat patris.  |
| [335r] | Discipulus 1: | Heu scapulas meas!<br>Lares paternos in colam potius, scholas<br>Qvam post adirem.  |
|        | Discipulus 2: | Vae genibus autem meis!<br>Transigere ludi debui flectens moras.  |
| 470    | Aemulus 3:    | Sunt conscholares! Quid ita lacrymantes domum<br>Petitis? Itinere qvispiam vobis malus<br>Fortasse nocuit?  |
|        | Discipulus 1: | Lacrymis ansam dedit<br>Ludi Magister, corpus affligens flagris.  |
|        | Aemulus 4:    | Horum qvae origo fuerat?  |
|        | Discipulus 1: | In ludum Eucharus<br>Venis, ministrum pro aris rogans,  |
| 475    | Aemulus 5:    | At is inveniri non potuit. Igitur flagris<br>Saevire Doctor caeperat.   |
|        | Discipulus 2: | Rursum Eucharum<br>Conspicite lusum. Sed probe factum est, petet<br>Obseqvia nostra. Nemo normam igitur sciit?  |
| 480    | Aemulus 5:    | Nemo nisi unus, formula nondum qvidem<br>Data a Magistro. Et iste Joannes erat.<br>Ovid falsa narras?   |

<sup>ii</sup> Tj. *Joanni*, navazuje na úvod ke čtvrté scéně, stejně jako adverbium *unde* na začátku věty.

- Discipulus 2:                   Vera sunt, templum pete  
                                       Et id videbis. Arte enim exhibita prius  
                                      Arae obseqvendi publice, subito sacras  
                                      Eundi in aedes copiam nactus fuit.
- 485     Aemulus 4:                   Ingressus iter est?  
                                       Non dubito.  
                                      Aemulus 1:  
                                       Non id qvidem  
                                      Sat capio, qvi sit noster elusus dolus.  
                                      Joannis animo formulam impressam putem?  
                                      Non puto.  
                                      Sed experiere.<sup>jj</sup>  
                                      Aemulus 1:  
                                      Jam vestras domos  
                                      Petite.
- 490                                   Mihi qvidem certius qvidqvam nihil  
                                      Est, qvam me agente sanctulo normam Euchari  
                                      Raptam fuisse. Qvomodo hanc ergo sciat?  
                                      Et nonne nostra haec praeda retinetur manu?  
                                      Philinde! Curae traditam memini tuae  
                                      Fuisse.
- 495     Aemulus 2:                   Sic est.  
                                      Aemulus 3:  
                                      Exhibe hanc ergo palam.  
                                      Aemulus 2:  
                                      Cordi gerebam proximam, sed qvem modo  
                                      Locum occuparit, nescio.  
                                      Aemulus 4:  
                                      Curae tuae  
                                      Commissa fuerat, illico hanc nobis refer.  
                                      Aemulus 2:  
                                      Vestigo pervestigo me totum, attamen  
                                      Normam misellus nullibi reperio.  
                                      Aemulus 5:  
                                      Vide,  
                                      Ignava qvam mens sit tibi! Technae viam  
                                      Sic praeppedisti, qvando curandum fuit,  
                                      Ne perderetur praeda. Compertam modo  
                                      Nonnemo dederit sanctulo. Cerne exitium  
                                      Vecordis animi.
- 500     Aemulus 3:  
                                      Perditam forsitan putas  
                                      Normam a Philindo? Ponito hanc mentem bonam,  
                                      Aliud ego reor. Nonne Joanni comes  
                                      Olim Philindus fuerat? Et adhucdum viget

482 exhibita] ex-*falso del.* AA.

495 Aemulus 2] Aeum. 2. AA.

502 perderetur] perdetetur AA.

<sup>jj</sup> *Experiere*, arch. tvar 2. sg. ind. fut. dep., klas. *experieris* (v rkp. je arch. tvar naznačený přízvukem *experiēre*); podobně viz *potiēre* (v. 678).

- Nexus hic amoris, sponte Joanni obtulit  
Normam.
- Aemulus 2: Tace, ne tu mihi impingas scelus.  
510 Aemulus 3: Dudum probatum.  
Aemulus 2: Provoco testem Polum  
Nunquam patrasse me facinus adeo improbum.  
Ut vero memet sanctulo addictum scias  
Nunquam fuisse, suggero technas, quibus  
[335v] Est abstrahendus, principem curam doli  
515 In me recipio.  
Aemulus 1: Maxime in praesens qvidem  
Id cogitandum est. Qva putas possit via  
Id perpetrari?  
Aemulus 2: Nempe Joannem inseqvi est  
Necesse.  
Aemulus 3: Quid vero dein acturi sumus?  
Aemulus 2: Ut ille normam possideat animo integre,  
520 Difficile credam, hunc ergo tentandum reor.  
Aemulus 4: At suggeste modum.  
Aemulus 2: Paululum expecta, dabo.  
Aemulus 5: Ultra morari non licet, quippe asseqvi  
Nunquam poterimus sanctulum.  
Aemulus 2: Fessus lue  
525 Adhuc nuperna est, difficile graditur. Proin  
Ista exuenta vestis est primo omnibus,  
Pariter et alios induere vultus decet.  
Dein occupandum est proximum templo nemus,  
Ibi meditati proferam scenam doli.  
Namque vel adhucdum formulae ignarum, seu  
530 Gnarum reperio. Si prius, vobis erit  
Rapienda norma, si alterum, tum de via  
Minis, periclis, et quod armabit dolus,  
Erit abstrahendus.  
Aemulus 4: Aptu custodi, modo  
Sors melior adsit.  
Eucharus 5: Tantane clienti meo  
535 Petulantia paret? Saeviora etiam coqvat,  
Nunquam clientem deseram certe meum.  
Joannes: Sophene, cerne vineam ubertim botris  
Turgere. Nempe Caelites patri favent,

---

509 scelus] scelas AA.

- |     |              |  |
|-----|--------------|--|
|     |              | Benedictionem traducum ubertas probat.<br>Ast nonne gratos esse nos rursum decet?<br>Haec prima dos est mente perpetuo tua<br>Colenda. Faxo proinde, decerpam botrum,<br>Qvi pressus aris subministrabit merum.<br>Caelo placebit, munera si ad aras feras.<br>Sic obseqventem te esse gratuito probas,<br>Qvae serviendi plurimum ratio placet. |
| 545 | Sophenus:    |  |
|     | Vinitor 2:   | Adeste, socii, dextra praedatrix adest. <sup>kk</sup>  |
|     | Sophenus:    | Tumultuantis impetus turbae sonat,<br>Eccur?   |
|     | Vinitor 2:   | Utrumqve neccite!  |
|     | Sophenus:    | Caveto manus   |
| 550 | Vinitor 2:   | Inferre domini filio.  |
|     | Vinitor 2:   | Domini satus   |
|     |              | Sit ille cujuscunqve, non vobis botros<br>Carpere licebat.   |
|     | Sophenus:    | At loci dominus pater  |
|     | Vinitor 2:   | Est.   |
|     |              | Frustra loqveris, utiqve mihi notus foret.   |
| 555 | Sophenus:    | Praedam teneri tu illico patri refer.  |
|     | Vinitor [2]: | Ne qvaeso ponas itineri sancto moram.<br>Frustra operire patris adventum, interim<br>Nos gaudia manent.  |
|     | Vinitor 1:   | Praeda ubi tenetur?  |
|     | Vinitor 2:   | Tuis   |
|     | Sophenus:    | Mox dabitur oculis.  |
|     | Vinitor 1:   | Cernito, petulans cohors<br>Qvosnam retineat.  |
| 560 | Vinitor 1:   | Ecqvid audebas manus   |
|     | Sophenus:    | Inferre domini filio? Poenas dabis<br>Pessima caterva. Parcito et tantum tua<br>De mente dele facinus, ignorat fore<br>Te turma dominum.   |
|     | Vinitor 1:   | Sed viatorem impetri<br>Nullum jubebat pater ob exilem botrum.<br>Id nunquam agendum spondeo, culpae modo<br>Parcito.  |
|     | Joannes:     | Lubenter istud ago.  |

**kk** *Adeste – adest*, opakování téhož slova v jednom verši, ovšem v různých významech; lze chápat jako stylistickou neobratnost, nebo jako didaktický záměr autora.

- Sophenus: Nunc jam via est  
Urgenda alacrius.
- Aemulus 4: Nostra rei statu bono est,  
Technas secundant astra.
- Aemulus 5: Narra modum.
- Aemulus 4: Petulans coloni turma Joannem via  
570 Detinuit, inde nemora nunc primum petit.  
Agite proinde, qvos struebamus dolos,  
Sunt exerendi. An vero Joannes sciat  
Responsa ad aras, resciet Fabius, nemus  
Idcirco oberrans. Svasa qvae fuerant prius,  
Modo sunt agenda.
- Aemulus 5: Currimus alaci pede.
- Sophenus: Favente Caelo proximum templo nemus  
Ingredimur. Isto qvippe transcurso, domus  
Dei Parenti sacra luminibus patet.  
Sed qvis puellus hic loci residet? Pium  
580 Tractata manibus indicant. Vultus decor  
Plusquam colonum probat.
- Fabius: Utique nunquam infimo  
Cespite jacerem, stante Fortunae rota.  
Sed versa memet huc miseriarum improbe  
Abjecit. Ast haec facile laturus forem,  
Aliud nisi animum premeret.
- Sophenus: Id nobis refer.
- Fabius: Aetate tenera plurimum assvevi Sacris,  
Igitur minister caeferam altari obseqvi.  
Ast qvando sortem hanc vivo, discendi dehinc  
Mihi abrogata copia est. Eqvidem Sacris  
585 Obseqvi aliquando congrua potestas foret,  
Dum templa adire mihi sub Auroram licet,  
Tunc qvippe solito copia ministri deest.
- Joannes: Homines pigrescant obseqvi altari?
- Sophenus: Modo
- Fabius: Autem cupisne caelico obseqvio frui?  
590 Id flagito unice.
- Joannes: Normam Euchari  
Dabo petenti, memoria hanc totam tenet.

---

584 forem] fotem AA.

- Sophenus: Non reor agendum est Euchari ignaro, viam  
Proinde relegens, hanc tibi pronus feret.  
Qvis hic tumultus?
- Fabius: Illico obtistor fuge,  
600 Ne vita pereat. Esse nemus istud domum  
Latrunculorum fama fert.
- Joannes: Servos Deus  
Suos juvabit.
- Aemulus 1: Turba sociorum, advola!  
Jam praeda manibus stringitur nostris.
- Sophenus: Heu  
Me! Fugio! Cacos!
- Joannes: Numen, oppressos juva!  
605 Eucharus 1: Quid rabida servum Numinis turba impetus!  
En, contumaces ut pedes animent fugae.  
Ne metue caeptos proseqvere calles, ego  
Posthac Achates sum tibi futurus.
- Aemulus 5: Pudet!  
Eucharus! Acerbum nomen!
- Aemulus 4: Invisum Eucharum!  
610 Mihi sicne textam praescidit telam doli?  
O rem nefandam!
- Fabius: Causa levis eqvidem data est  
Tibi conquerendi, damna ego reportor.
- Aemulus 5: Refer  
Qvaenam.
- Fabius: Ad tumultum dum citus finxi fugam,  
Trunco caducus laeseram impactum pedem.  
Inauspicata res tibi profecto accidit.
- [336v] Aemulus 5: Sed vindicanda. Consilii tandem mei  
Fabius: Spectate telam. Sine mora cuncti sacras  
Petamus aedes. Codicem qvisque occupet,  
620 Ne maneat ullus sanctulo. Missa dein  
Omni absoluta, poni in abstruso potest,  
Cras recipiendus.
- Aemulus 4: Sanctulum Mystae petent.  
Fabius: Tentare liceat.

<sup>597</sup> ignaro] egnaro AA.

<sup>611</sup> eqvidem] eqvidem AA, eqvidem *notam metri causa add. m2.*

<sup>616</sup> Sed] Ved AA.

- |   |  |
|---|--|
| Eucharus 5:<br>625<br>Joannes:<br>Eucharus [5]: | <p>Jam peragratum est nemus<br/>           Numine favente. Sed tibi nondum patet<br/>           Turba impetum,<sup>ii</sup> qvospiam lucri tenax<br/>           Mens excitavit, ne a ministrando dari<br/>           Praemiola solita forte praeripiās.</p> <p>Lucra<br/>           Arae ministri qvaesitent?<br/>           Ista unice<br/>           Qvandoqve spectant. Obseqvia ferri Deo<br/>           Non multum anhelant, spes ubi lucri deest</p> |
|---|--|

Cantus

Ubi lucra temporis desunt,  
Vix ulli Deo servi sunt.  
Haud puram Ejus Gratiam  
E tenellis qvis etiam  
Reqvirit unice.

- |     |                         |   |
|-----|-------------------------|---|
| 630 | Eucharus [5]:           | At te Angelorum gratuita semper seqvi<br>Servitia decet.  |
|     | Joannes:                | Euchare, id certum tene,<br>Ingens mihi lucrum est Numini posse obseqvi   |
|     | Sophenus:               | Fert potius una dona Joannes, botrum,<br>Qvi pressus aris subministrabit merum.   |
| 635 | Eucharus [5]:           | Haec munera placent Numini. Verum via<br>Urgenda nunc est.  |
|     | Sophenus:               | Obvius nobis senex<br>Fors indicabit, ecqvid horai <sup>mm</sup> sonet.<br>Pium esse gesta comprobant. Redde obsecro<br>Nos certiores, optime virorum, brevi<br>Futura missa est? |
| 640 | Paup[er]: <sup>nn</sup> | Paululum expecta, illico<br>Erit „ite, missa est“.  |
|     | Eucharus [5]:           | Sed alia forsitan brevi<br>Adhuc seqvetur?  |
|     | Paup[er]:               | Ultimo jamjam brevi<br>Erit „ite, missa est“.   |

640 Paululum] Paulutum AA.

<sup>11</sup> *Impetum*, gen. pl. subst. odvozeného od part. *impetus* (v rkp. je tento tvar naznačený přízvukem *impentum*); podobně viz *negligentum* (v. 660).

<sup>mm</sup> *Horai*, arch. tvar gen. sg., klas. *horae*.

<sup>nn</sup> *Pauper* rozepsáno podle kontextu, v předchozí replice označen jako *senex* (viz v. 636).

- Joannes: Ergo frustratus mea  
Spe gradior? Ultra haud obseqvi Mystae datur.  
645 Sophenus: Pericla itineris nosmet excusant Polo.  
Joannes: Sed iter agendum est, Sospitatrixem meam  
Reverebor.
- Eucharus [5]: Omnis turba famulantum reddit,  
Esse Sacrificiis jam datum finem reor.
- Minister 1: Nobis molestus Eucharus nimium est, vice  
650 Plerumqve bina singulos aris jubet  
Servire. Qvis ferat istud?
- Minister 2: Ac hodie quidem  
Tam sera nobis tempora assignat.
- Minister 3: Mihi  
Non plus redire, fecerit, quidqvad volet,  
Certum est.
- Minister 1: Nec aliud ego reor.  
Minister 3: Nostro genu  
655 Repetita toties obseqvia nimium nocent.  
Qvid, turba petulans, Echari famam improbo  
Lacerare tentas dente? Sic ergo sacris  
Repetita Mystis obseqvia non jam placent?  
Tu postqvam ad aras servulus flagitas fore,  
Ne negligentum desides plantas premas.  
660 Id moris esse plurimis certum tene,  
Qvi dum vice una forsitan adessent Sacris,  
His persolutis aede certatim migrant.

### Cantus

Est manna Caelicum Deus, panis sub velo tectus.

Sed semel gustatum  
Mox vulgus ingratum  
Nauseat et fastidit.

- Eucharus [5]: Sed Angelorum brevis adeo nunqvam mora  
665 Satiabit oculos, juge velato Deo  
Servire cupiunt. Diligens istos proin  
Imitere, certis calculis nunqvam tua  
Obseqvia stringe.
- Joannes: Qvot dehinc Mystis mihi  
Servire dabitur, servulus constans ero.

- 670      Eucharus [5]:      Sed quid vocatos pro ministeriis adhuc  
                                   Vosmet querimini? Nonne jam dudum ultimo  
                                   Mysteria geri caepita sunt?  
                                   Minister 3:      Qvae ordo habet,  
                                   Ita est. Clientes vero processus hospito  
                                   Isthic futuros asseruit hodie Eucharus,  
                                   Pro qveis litabit Numini Mysta hostiam.  
 675      Joannes:      O me beatum! Sic igitur hodie obseqvi  
                                   Sacris adhucdum mihi licet?  
                                   Eucharus [5]:      Voto tuo  
                                   Potiere.  
                                   Joannes:      Quantum gaudio pectus salit,  
                                   Dein Angelorum vigilias, flamas, lucra  
                                   Constantiamqve sub ministrandum seqvar.  
 680      Aemulus 2:      Sacrarii hilares ecce jam instamus loco.  
                                   Ast ne refellat ultimus nosmet dolus,  
                                   Interrogandum est, jamne Joannes prior  
                                   Tectum hoc subierit. Qvippe tardato pede  
                                   Si segniores adsumus, frustra egimus.  
 685      Aemulus 3:      Mihi faveto qvaeso qvaerendi moram.  
                                   Aemulus 4:      Non protrahendam longius.  
                                   Aemulus 2:      Nondum occupat  
                                   Sacrarium, aedes forte divinas tenet.  
                                   Obsecro videte sanctulum, quantum manus  
                                   Elevat in alta. Fecerit, quidquid volet,  
                                   Tamen obseqvendi copiam nunquam expetet.  
 690      Joannes:      Numen, dulcisona qvod me deposcere voce  
                                   Dignatum est, adsum servulus ecce Tuus!  
                                   Qvae Tua, spectante hoc Phoebo, servitia sumo,  
                                   Finem horum poterit nulla videre dies.  
 695      Pluribus haud animus vicibus fastidet unquam  
                                   Servire altari, multiplicata placent.  
                                   Nec tamen obseqviis aliud deposco lucrari,  
                                   Lucrum grande Tui Gloria major erit.  
 700      Qvas demum angelicis novi virtutibus esse  
                                   Ingenytas dotes, has imitando colam.  
                                   Aemulus 1:      Numquid tu ad aras codicem ferre ambies?  
                                   Nimis te ineptum muneri tanto puta,  
                                   Redde huc volumen.  
                                   Aemulus 5:      Impetu tanto abstine,  
                                   Forte tibi, nane, dexteram cedam? Apage.

- Aemulus 3:                   Tune meliorem praeripis tunicam?  
 Aemulus 4:                   Prior  
                                  Hanc occupavi.  
 Aemulus 3:                   Ast ego nunqvid fui  
                                  Hac semper usus?  
 Aemulus 1:                   Codicem obtestor mihi  
 [337v]                       Cede, nisi Furias excitas in te velis.  
 710     Aemulus 5:           Non cedo.  
 Aemulus 3:                   Da, vel senties diras manus.
- Sacrist[anus]:<sup>oo</sup>           Heus turma nimium pervicax! Fores sacras  
                                  Clamore tanto polluere non te pudet?  
                                  Et vestimenta et codicem huc defer sacram,  
                                  Indigna tanto munere.  
 Eucharus 1:               Factum bene est,  
 715                           Ergone postqvam servulum altari dolis  
                                  Abstrahere non libuerat, id vestris modo  
                                  Heu scandalosis improbe rursum artibus  
                                  Tentare cupidis? Frustra, Joannes spei  
                                  Melioris adfert copiam. Semper gere  
                                  Animum paratum pro ministeris Dei,  
                                  Cui loqvendum sit tibi, nosti, integre.  
 720                           Qvippe Angelorum Regis alloqvium petis  
                                  Et mente non collectus accedas? Time  
                                  Confussionis semitam. Hanc eqvidem, vide,  
                                  Gradiuntur illi, cura qveis mente improba  
                                  Seposita non est, Sacra posteaqvam petunt.  
                                  Deum alloqvuntur? Illoco curis novis  
                                  Oppressus animus alia meditari jubet,  
                                  Jam Numen orat jamqve vagabundus novos  
 725                           Percursat orbes.<sup>pp</sup> Haecne reverentis Deum  
                                  Indicia mentis sint? Ea irreverens erit  
                                  Vel cogitare.
- Senex:                      Sacraria petendi mihi  
 730                           Jam tempus instat, qvo loco Summum alloqvi  
                                  Caelique terraeqve Dominum misero datur  
                                  Vermi. Proinde haud decet, ut alloqvium improbo  
                                  Negotia ausa distrahant. Vobis erit

<sup>oo</sup> *Sacristanus* rozepsáno podle kontextu.

<sup>pp</sup> Cf. s árií Eucharova genia v prologu (v. 25–28).

- |     |               |  |
|-----|---------------|--|
|     |               | Templi ante fores delitescendum. Ingredi<br>Animo paratum, liberum curis decet.<br>Turba lege petulans, appropinquandum Deo<br>Sic est. Clienti codicem sacrum meo<br>Adferto, posthac sedulus ad aras erit<br>Minister. |
| 740 | Eucharus [1]: | Aemulus 1:<br>Ignoisce. Ecce, factorum pudet<br>Pigetque.  |
| 745 | Eucharus [1]: | Frustra. Vosmet indignos agunt<br>Delicta vestra, hunc sanctitas dignum facit.<br>Huic comministros esse nos saltem fave<br>Jamque meliores aemulatores facis<br>Comitesque ad aras.                                     |
|     | Aemulus 2:    | Gratia rursum nova<br>Servum beabis, hosce si socios faves.  |
|     | Joannes:      | Decet apliorem Numini turmam obseqvi.<br>Rursus triumphas Eucharum. Jam igitur data<br>documenta seqvere et Angelus ad aras vola.  |
| 750 | Eucharus 1:   |  |

## EPILOGUS

*Joannem ad aras Angelum juventuti imitandum commendat.*

## Recitativus

En tibi, adolescentia, speculum,  
Qvo inspecto ministeria condiscas Angelum.

Aria

Assvesce Joannis seqvi  
Modestias ad aras  
Dotesqve disce consevqi  
Deo Poloqe charas

Sic Angelis, sic Caelicis  
Par es futurus Aulicis.

O. A. M. D. G. et H. S. J. N.